Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31664
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

seruantur. sic fic noce omnibus. Abies dicta quod pre ceteris
arboribus longe eat et in excelsum promineat. Cuius
natura expers est terreni humoris ac proinde habilis
atque leuis habetur. de qua uirgilius. Et casus abies uisura mari
nos. quia ex ea naues fiunt. Haec quidam gallicum uo
candoc cant. propter. Est autem sine nodo. Cedrus quasi greci cedros
uocant quasi ceomenes duriosioron id est arboris
humor ardentis cuius folia ad cipressi similitudi
nem respondent. Lignum uero iocundi odoris est et diu
durans. nec carie umquam exterminatur. de quo persius. Et
cedro digna locuta est. scilicet propter durabilem perpe
tuitatem. unde et in templis propter diuturnitatem ex
hoc ligno laquearia fiunt. Huius ligni resina
cedria dicitur que in conseruandis libris adeo est utilis ut
perlinita ex ea nec tineas patiantur nec tempore con
senescant. Nascitur in creta affrica atque siria. Cipressus
grece dicitur quod caput eius a rotunditate in acumen erigitur
unde et conos uocatur id est alta rotunditas. Hic et fru
ctus eius conus quia rotunditas eius talis est ut conum
imitetur. unde et conifere cipressi dicuntur. Huius
lignum cedro pene proximam habet uirtutem. templorum
quoque trabibus aptum inpenetrabili soliditate numquam one
ri cedit. sed ea qua in principio fuit firmitate per
seuerat. Antiqui cipressi ramos propter rogum constitu
ere solebant. ut odorem cadauerum dum urerentur
opprimeret iocunditate odoris sui. Iuniperus
grece dicta siue quod ab amplo in angustum finitur
ut ignis. siue quod conceptum diu teneat ignem
adeo ut si pruine ex eius cinere fiunt operte
usque ad annum perueniat. Piro enim apud grecos ig
nis dicitur. Iuniperi autem alia parua alia mag
na est. Heben in india et ethiopia nascitur. quod cesus
durescit in lapide. cuius lignum nigrum est et cor
tex leuis ut lauri. sed indicum maculosum est
in paruulis distinctionibus albis et fuluis. ethi
opicum uero quod prestantius accipitur in nullo est macu
latum. sed est nigrum leue et corneum. Est autem mar
eotica palus in india. unde eben uenit. Lucanus.
Fuen mareotica migrat. Fuen autem crepundiis

illigatur ut infantes usui nigri non terreantur. Platanus
a latitudine foliorum dicta. uel quod ipsa arbor pa
tula sit et ampla. Nam platos greci latum uocant.
Expressit huius arboris scriptura et nomen et formam dicens.
Quasi platanus dilatata sum in plateis. Est autem tener
nimis foliis ac mollibus et uitium similis. Quercus
siue quercus dicta. sola enim erat dum gentium gentibus
responsa perhiberet arbor multum annosa
sicut legitur de quercu mambre sub qua habitauit
abraham. quae fertur usque ad constantis regis imperium
permulta secla perdurasse. Huius fructus galla ap
pellatur. Ilex quibus uia agrestis. bonsa ectis dicta
parua forma. sed firmo corpore atque nodoso quae
medicaminibus et incaustis adhibetur. alia bala
nisa et leuis et nimium perforata. lucernarum tantum
usibus necessaria. Fraxinus uocari fertur quod
magis in aspera loca montanaque fragaria nas
cantur. Hic per deriuationem fraxinus sic a monte
montanus. de quo ouidius. Et fraxinus utilis hastis.
Taxus uenenata arbor. unde et toxica uene
nata exprimuntur. ex hac arcus parthi et alie gen
tes faciunt. unde et poeta Ityreos autem dicit
parthicos. Acer coloribus impar. robur autem
generaliter dicitur ex omni materia quecumque est fortissima.
Alnus uocatur quod alatur amne. proximo enim aquis nascitur.
nec facile extra undas uiuit. Hic et tenera et mollis
quia in humecto loco nutritur. Ulmus nomen accepit quod
uliginosis locis et humidis melius proficit. Nam
in montanis et asperis minus leta est. Larex cuius hoc
nomen a castello laricino inditum est. ex qua tabule
tegulis affixe flammam repellunt neque ex se
carbonem ambuste efficiunt. Populus dicta
quod ex eius calce multitudo nascatur. cuius genus
duplex est. nam alia est alba alia nigra. Alba autem
populus dicta. quia folia eius una parte sunt alba alia
uiridia. Hic quasi bicolor habens quasi noctis et diei
notas. quae tempora ortu solis occasuque constat. Ge
nerat et resinam circa eridanum fluuium. uel ut
alii memorant in finibus syrie. Tiliam dicunt

132

Ityreos taxi torquentur in arcus